



R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

13. De Festo Conversionis S. Pauli, tripart. Vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus. Act. 9.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

dextris ejus Agnum nive candidiorem. Hoc ipsum est, quod canimus in Officio Octavae ipsius: *Stans à dextris ejus Agnus nive candidior Christus, sibi Sponsam & Mariam consecravit.* Quapropter & de ea dicere possumus illud: *Gaudemus, & exultamus, & demus gloriam Deo, quoniam venerunt nuptia Agni, & uxor Agni preparavit se, & datum est ei, ut vestiat se byssino splendens & candido.* Ideo etiam & de his nuptiis tunc alloquens Parentes suos, & indicans canticum novum, quod perenniter decantabit, dixit: *Videte, ne quasi mortuam lugeatis, sed congaudez mibi, quia illi janua sum in Caelis, quem tota animi intentione dilexi in terris. Ecce quod concupivi jam video, jam teneo.*

Conclusio.

O Felix AGNES, felix AGNI Sponsa, & comes Sponsi & Agni individua, quae eum secuta es, sive in vita, sive in morte & immolatione; & modo sequens jugiter in beata aeternitate. Tu à Sponso & Agno, quicquid volueris, vales impetrare, prout & S. Constantiae vitam & sanitatem cum fide, ac S. Emerentianae constantiam & martyrii gratiam apud sepulchrum tuum oranti impetrasti. Impetra ergo nobis donum castimoniae, & contra carnis tentationes immobilis constantiae: impetra donum pietatis & orationis: donum denique impetra patientiae & perseverantiae, ut tecum sequamur Agnum, sive in vita, sive in morte: ac tandem jucundemur cum illo in perenni gloriae ejus visione & fruitione.

LECT. 17. IN FESTO CONVERSION. S. PAULI.

tripartit.

Vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus. Act. 9.

PARS I. De Providentia Dei in quaerenda lapsu & conversione. Job. 18.

INnumera Deo suppetunt media, innumeræque viae, quibus nobis lumen gratiae suae communicare novit, aut iusto iudicio ob culpam nostram illud subtrahere. Propterea sic interrogat Dominus Iob. *Iudica mihi, si nosti omnia, in qua via lux habet, & quis sit tenebrarum locus, ut dicas unum quoque ad terminos suos, & intelligas semitas domus ejus.* Atque iterum in eandem sententiam ibidem subjicit: *Per quam viam spargitur lux, aut dividitur aënis super terram?* Haec quidem interrogatio de jure materiali fieri potest. Qua quidem interrogatio insinuat, hominem non plene cognoscere ubi lux & tenebrae habitent, quae accedunt, & recedunt, & sibi vicissim succedunt: nec lucem aut tenebras in hominis esse potestate, nec lucem ad domum lucis vel tenebrarum duci, investigare, ut ad hospitium suum eos ducat. Denique per hoc docemur nos ignorare viam modumque quo lux solis varè se spargit, dividit, ardoremque suum multiplicat, secundum diversitatem temporum & regionum. Intermittam etiam de spiri-

tuali luce hæc intelligit S. Gregorius, ut interrogatio hæc ordinetur ad moderandum hominis præsumptionem, penetrare volentis Dei circa electos aut reprobos dispositionem. Indicare igitur vult Dominus, lucem spirituales & aërum divini amoris, innumeris & occultis viis ad nos derivari, & modò huic, modò illi communicari, aut dividi, nec nostrum esse inquire, cur potius huic, quàm illi, ne rursus ab eo audiamus: *Numquid nosti ordinem caeli, ut ponas rationem ejus in terra?*

Hoc ipsum considerans Apostolus, inclamat: *O abstruso divitiarum sapientia & scientia Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia ejus, & investigabiles viae ejus!* An non planè admirabilis est ejus sapientia & providentia, dum iudiciis nobis incognitis modò aliquos ad lucem gratiae elevat de tenebris profundis; modò alios gratiae donis splendidissimis præfulgidos tursum caligine involvit permittit, & caeco impetu in abyssum suere?

Elucebat micro splendore Saul, à Domino electus & unctus ad fastigium regalis dignitatis, nec illo erat melior in filiis Israel. Sed paulò post cæcitate & caligine seductus, rebellisque lumini reprobat, ita ut Samueli pro eo deprecanti dicat Dominus: *Visnequo tu leges Saul, cum ego projecerim eum?*

Elucebat quoque Salomon gratia & sapientia præ omnibus filiis hominum, ita ut & hoc ei nomen adscriptum fuerit, *Dilectus Domini.* At quomodo postmodum illecebrosa mulierum alienigenarum caligine seductus est cor ejus, ita ut etiam idola adoraret? Propterea de ejus salute meritò dubitamus, de ejus poenitentia incerti. Agnovimus ejus lucem, agnovimus & tenebras luci succedentes, an autem te tenebris iterum ad lucem reversus sit, ignoramus. Unde & hic illud repetimus: *Iudica mihi, si nosti omnia, in qua via lux habet, & quis sit tenebrarum locus, ut dicas unumquodque ad terminos suos.* Iudica mihi, si omnia nosti, an in domo lucis habitat Salomon, an in domo tenebrarum, & ad quem tandem terminum pertigerit.

Sic & in novo Testamento visus est Iudas in Apostolico Collegio in Christi familia præfulgere, ab ipso Domino ad dignitatem Apostolicam evocatus. At in fine quomodo excaecatus est, quamq; miserabiliter tuit, ita ut de eo dicatur Apostolo: *Nomen unius ex vobis Diabolus est?* Et iterum: *Bonum es erat, si natus non fuisset homo ille. Va illi.* Sic admirabilia sunt iudicia Dei, & investigabiles viae ejus: *Qui stat, videat ne cadat.* Qui in luce est, timeat tenebras. Vidimus enim viros mirè perfectos per caelestem conversationem, submersos tandem fuisse, & ut stellas de caelo in abyssum cecidisse ab impetu caudæ draconis, sive violenta demonis tentatione & suggestione. Quos merito legere possumus verbis Ieremiae: *Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus? Filiis*

Exempl. Lajorum. Saub.

i. Reg. 10.

Salomon.

Iudas.

Ivan. 6.

Mat. 11. 10.

1. Cor. 10.

Thren. 4.

Filiis

*Hi Sion, inelyti auro primo, reputati sum in vasa
testea. Qui nutriebantur in crocibus, amplexati sunt
serpentes.* Qui ecclesiis pascebantur delicis in
sacribus viti sunt delixi, quasi in illis delicias,
Attende unum ex primis Diaconis Nicolaum, Spi-
ritus s. ductu electum, postmodum nefandæ he-
resis Nicolaitarum auctorem. Attende Tertullia-
num, Origenem & alios. Quam igitur verum hic
esse agnoscimus illud: Spiritus ubi vult, spirat, &
nescis unde veniat, aut quo riat. Quem locum sic
ad nostrum propolium interpretatur & Gregorius:
Spiritus venit & vadit, quia reprobos deserit, electos
assumit; & quia iudicium Dei inscrutabile est, unde
veniat, aut quo riat homo, nescit, quia scire non
potest, an quis in gratia quam recipit, perseverare de-
beat. Ab illo igitur qui desecit, venit spiritus, & tre
ad illum qui perseveraturus, dicitur, quia alios
in tempore assumit, alios assumit, nec tamen deserit.
Hæc S. Gregorius lib. 6. in libros Regum. Ergo &
hic iterum mentio repetitur: Indica mihi, ubi lux
habites, & quis sit tebrarum locus, ut ducas unum-
quemque ad terram suam. Indica, si potes, qui-
nam electi, quinam reprobi, quinam lucidi æter-
num futuri, qui in tenebris hortiis perman-
suri. Denud quoque iure inlauramus cum Apostolo:
O quam incomprehensibilia sunt iudicia Dei, & in-
vestigabiles viæ eius!

Cæterum sicut admirabilis est Dei providentia,
admirabileque iudicium eius, dum è sublimi gra-
du sapientia & sanctitatis nonnulli conuincuntur; sic &
admirabilis est eadem providentia, dum subito
nonnullos ex abyfso & tenebris errorum & vitio-
rum evocat in admirabile lumen suum, in partem
serm Sanctorum in lumine.

Sic admirabilis fuit conversio Magdalene, quæ
celebris erat in civitate peccatrix, sed lachrymis
Domini pedes rigans, funiculis charitatis eius at-
tracta, mox diluit omnia crimina, & ignem cordis
perfectè conversi holocaustum Domino obtulit
manus gratissimum. Unde subita Dei gratia &
potentia,

*Post fluxa carnis scandala,
Fu ex lebetè phiala,
De vase consumelie,
In vas translata gloria.*

Sic & in conversione Samaritanæ admirabilis
eluxit Dei providentia, potentia, gratia. Illa adul-
terinis amplexibus dedita, accedit ut aquam hau-
riat, nihil minus cogitans, quam de salute & con-
versione. Sed Christus Dominus, qui est fons vite,
alloquitur illam de aqua vite, & stillam ei infun-
dit, sicque deluto reddito subito eam luci commu-
tatione stupenda, ita ut possit dicere: Super aquam
refectionis educavit me, antequam meam conver-
tiss.

Quid de Pelagia? Quid de Thaide meretrice?
Quid de Maria Egyptiaca? Nonne dum inhærent
libidini promiscuæ, mancipia Veneris & Satanæ,
confestim luce divina sese cordibus eorum insinua-

Tomus II.

k

ante, de amore fædo in diuinum exarserunt amo-
rem? Quapropter de his omnibus dicere possumus:
Dic mihi qua via spargitur lux, & dividitur æstus
suæ terram? Lux illa effulgens, & æstus divini a-
moris eorum cordi diffusus, unde proveniebat, &
per quam viam, an per viam meriti & dispositionis
eorum? Neutiquam: quia nec de re illa cogitatio
mentiarum insidebat. O igitur investigabiles viæ
Domini! O abscondita semita domus eius, dicentes
unumquemque ad terminum suum! Nempe quando vult,
quomodo vult, inspirat, illuminat, deducit & tan-
dem ad æternitatis beatæ terminum perducit,
quos prædestinavit.

Verum enim verò licet multæ conversiones, tum
in sacris Literis, tum in historiis Sanctorum
reperiatur planè admirabiles, in quibus effulfit
Dei gratia & potentia, omnes tamen hæc in re su-
perat Pauli stupenda conversio, quæ tamquam
inaditum prodigium ab Ecclesia toto proponitur
Oibi, & quotannis festivo die celeberrime recolitur,
cum innovatione gaudii. Etenim cum Ecclesia
Militans & Triumphans forores sint indiviso
charitatis vinculo confederatæ: licet una in caelis
agat altera in terris adhuc peregrinetur, licet una
in portu quiescat, altera adhuc fluctibus agitur,
tamen sese mutuò adjuvant, & communicationem
habent ad invicem. Unde quæ in terris utilitat
& laborat, implorat auxilium fororis suæ in caelis
regnantis & triumphantis, eamque nititur imitari.
Cum ergo noverit in celo magnum esse gaudium,
solemneque festum agere Electos de adeo admi-
rabili tanti viri electione & conversione, (cujus
sapientia & doctrina, labores & merita, toto orbe
consecravit, & stupendam fructum pepererunt)
etiam ipsa fororis suæ gaudium imitari in hoc con-
tendit, festum solemne decernens. Cum lætitia
enim spirituali inuictur exemplar illud penitentia
in sua conversione inlaurantis: Christus Iesus ve-
nit peccatores salvos facere, quorum primus ego sum,
quia blasphemus fui, persecutor, & consumeliosus:
sed ideo misericordiam suam consecutus, ut in me
primo ostenderet Iesus Christus omnem patientiam ad
informationem eorum, qui credituri sunt. Quasi
dicat: Misertus est mei Deus, ut in me quasi in
primo & maximo peccatore daret toto orbi exem-
plar perfectæ suæ clementiæ, in quo homines
cernant ipsum velle omnes peccatores salvos fieri,
& facile eis peccata condonari. Atque in meo
exemplo informavit & excitavit omnes futuris
sæculis, ut per penitentiam audeant ab eo sperare
veniam. Unde S. Augustinus serm. 9. de verb.
Apost. Si Saulus sanatus est, ego quare despero?
si à tanto medico tam desperatus ager sanatus est, ego
vulneribus meis illas manus non optabo? ad illas non
festinabo? Vt hoc dicent homines, ideo factus est Sau-
lus ex Persecutore Apostolus. Si ergo in celo est gau-
dium super uno peccatore penitentiam agente
magis, quam super nonaginta novem iustos, quan-
tum

PARS II.
De con-
vers. S.
Pauli præ
ceteris ad-
mirabili.

i. Tim. 2.

Luc. 25.

Specialia
circa con-
vers. S.
Pauli.

Nicolaus
Diacon.
Tertull.
Origines.
Naz.

Rom. 11.

Coloss. 1.

Exempl.
conver-
sorum
Magda-
lene.

Samari-
tana.
Ivan. 4.

Ysa. 22.

Pelagia
Thau-
Marta
Egyptia.



Evans
subito
obversus.

tum putas gaudium est super conversione talis Persecutoris, & postmodum tanti Doctoris? Specialiter autem Conversio S. Pauli festo celebrari non solet aliquo alio festivo die, præter diem mortis, quoad immortalitatem transierunt & gloriam; quia specialia multa in hac conversione contingerunt ad specialem Ecclesie eruditionem & fructum, ad specialem quoque manifestationem potentie & glorie divine spectantia. Elucidemus id particularius.

Primo mirè eluxit in hoc divine gratie efficacia quod in medijs sceleribus furens, & crudelissima facinora in Christum & Christianos animo desipiens, namq; ad illa sese accingens, sic subito luce & voce caelesti conversus est, ut de leone rugiente fieret agnus, de lupo prädante ovis, & ovium pascor mitissimus; de Persecutore sanguinolento Apostolus magna sanè Dei misericordia est, peccatorem in ipso actu & affectu peccati, in ipsa rebellionè contra misericordiam, benignitate & gratia sua prævenire, vocare, illuminare, convertere, cum potius mereretur ultione justitiæ tunc in æternum absorberi, & ultrices penas experiri. Attendo ergo Paulum spirantem minarum & cædis in discipulos Domini, deprehensum in scelere & in sanguinolentis cogitationibus, cù epistolis crudelissimæ legationis, auctoritatis execrandæ, potestatis iniquæ, tanta nihilominus Dei benignitate præventum, & dic cum Propheta, ob ejus adeo novam, adeo miram conversionem: *Misericordias Domini in æternum cantabo.* Repleverat Jerusalem sanguine, internecioni dederat multos fideles, persecutus erat Apostolos, lapidaverat Stephanum, nulli pepercit viro aut mulieri Christiane professionis: non solum coram iudicibus accusarat, sed etiam ferocissimè à domibus ejectos ad tribunalia & sanguinem trahebat, & modo plusquam antea necem respirans reperitur in via sævitie execrandæ. An non flammis æternis devovendus tibi videtur contra Deum & Christum flammæ vomens, pinguisq; contra eum cervice & erecto collo procurvens? At verò flamma voceque caelestis amoris, nihil minus cogitans, ita misericordissimè prævenitur, ut viduas det celo manus, sicque possit dicere: *Misericordias Domini in æternum cantabo.* Ideoque & hoc festum institutum est, ut illi congaudentes misericordias Domini decantemus.

Psal. 88.

Ador. 7.

ca. P. 18.
Esperio.
ut statim
conversus

Secundò gratia Dei in Conversione Pauli in hoc effulsit, quod non solum peccata ejus illico aboleret, sed etiam radices peccati penitus excoqueret, habitusque vitiosos exueret, perfricet eum in manas & cœterentis. Alii peccatores, si convertuntur, nihilominus cum habitu vitioso (quem inbibent, & induerunt tamquam diploidem confusionis) grande longumq; cartamen coguntur sustinere; libidinosus cum a stultibidinis recurrentis; intemperans cù sollicitatione inolite jam intemperantia. Non sic in Paulo, qui à abundantia & impetu

gratia divine ita est transformatus in alium, ut tota periret sævitia, inauditaque succederet mansuetudo; & voluntatis lux in manus Dei mihi supplicis confignatio, totiusque cordis perfecta oblatio. Propterea mox dixit: *Domine quid me vis facere? Hæc perfecta cuncta conversionis forma,* ait S. Bernardus: *Paratum cor meum Deo, paratum cor meum: Domine, quid me vis facere? O verbum breve, sed plenum; sed vivum, sed efficax, sed dignum omni acceptione;* inquit ipse ter. 11. de Convers. Pauli. Vt igitur imitemur, quoad possumus, hanc interiorè voluntatis à bono in malum conversionem perfectam, & illam decantemus in gloriam Dei & Pauli, ideo hoc festum decernitur.

Tertio divina potentia & gratia non solum in eo parvum absterit sævitie habitum, sed etiam tanto divini amoris actu eum replevit, ut jam sanguinem profundere paratus foret pro eo, quem persequeretur, omnesque labores & tormenta perferre. Ita factum est subito, ut nihil aliud sciret, & spiraret mox à conversione, nisi Iesum Crucifixum in cruce pro ipso mori, si opus sit, peroptans; nihilque perhorrensens, ut ejus gloriam quoquo versum propagaret, & omnibus nationibus invehret. Sic ergo non solum gratiam communitatem in sua conversione accepisse censendum est, sed specialissimam & eminentissimam, quam impenderet cæcis Ecclesie bono cœlestis Apostolus inauguratius, sapientia, latè oribus, meritis Ecclesiam quam persequeretur, supra modum illustraturus. Merito ergo illa exultat in conversione illius, cuius labores & doctrina etiam hodie maximum fructum pariunt, & per sæcula omnia parturient; cuius etiam non solum exemplum sed & patrocinium, mihi peccatores ad conversionem adjuvent.

Statim
paratus
pro Iesu
mori.

Cœlestis
manus
ratus A-
ritò ergo
postulauit.

Pars III.
De circ-
stantiis

Sed videamus particulariter circumstantias huius conversionis, quas describit S. Lucas Act. 9. ubi imprimis ait de Pauli itinere: *Paulus spirans minarum excedis in discipulos Domini, accessit ad Primum Sacerdotum & peruenit ad eum in Damasco.* Circa hæc circumstantia loci, ubi hæc conversio perfecta est. Locus scilicet conversionis huius fuit prope Damascum, ad quam civitatem pergebat furens Paulus, ut ubi periretaretur, & persequeretur quaqua via Christianum nomen, cuius rei gratia literas sigillatas acceperat à Pontifice Sacerdotum. Ecce adimpletur illud: *Benjamin supus rapax, manè co-medet prædantem, visperet d'vultu spolia.* Paulus erat de tribu Benjamin; & de eo interpretantur SS. Patres hanc prophetiam, prout videre potes apud S. Augustin. in Brev. Rom. in hoc festo conversionis. Damascus portus erat caput Syriæ, cuius ex Arctas præsidebat; habebat tamen Scabi Iudæi duas plateas; ubi jus dicebant, prout eis concesserat Rex Syriæ Benadad. Ideo verò illic accessit Paulus, quia post

De loco
conversionis

Gen. 49.

1. Reg. 20.
in eum.

meem Stephani Damascum confugerant nonnulli Christiani ob perfectionis violentiam, purantes se ibi tutiores fore in urbe gentili & regia, Iudeis non subditi, & à Ierusalē vado remota. Distabat enim iter quinque dierum, sive quinquaginta leucis nostris. Vide patec furor Pauli, de quo ipsemet dicit: *Et amplius infansiens in eos persequabar usque in exterai civitates.* Damascum autem Paulus an eques, an pedes advenit, non constat. S. Augustinus, quem sequuntur nonnulli, insinuare videtur pedem sequi. Scriptura quoque equi ejus non meminit; & Iudei religiosiores, qualis erat Paulus, vix equis utebantur, cumque Paulus foret juvenis, uti manu acer, ita pedibus erat celer. Alii tamen putant equitem, prout etiam pingunt communiter. Quod persuadere potest tum itineris longitudo, tum auctoritatis significatio; quia tanquam Praetor quispian stipatus militibus procedebat. Denique ejus etiam prostratio fuisse videtur ex equo in terram collisio, Christo contra eum quodammodo duellante, & eum humiliante, ut ferociam edomaret hominis incumescens & minas spirantis. Fastus autem & æstus ille tumidus magis equi quam pedici videtur convenire. Interim locus ubi prostratus fuit Saulus, ut erigeretur Paulus medio milliari distans à Damasco, ita postmodum à Christianis fuit honoratus, ut nobile ibi facellum erectum fuerit, in quo & soliti erant Christiani sepulcrum eligere, qui circa Damascum habitabant. Referunt quoque historici exercitum Christianorum in bello sacro, Duce Godefrido Bullonio, ad hunc locum Conversionis S. Pauli pergitisse, dum Damascum peteret, atque ibi biduo commoratum esse, nec sine felici successu progressum exinde fuisse auspicio & patrocinio S. Pauli.

Act. 26.

Eques an pedes S. Paulus venerit.

Ita Sanctus & Lorinus.

Adrich. Bradenb. Guil. Tyrrius & alii.

2. Circumstantia lucis. Act. 26.

ciare potuit cum gratiarum actione. Lux porro ista exterior tenebras interiores mentis ejus pandebat, & representabat lucem internam, quam Deus menti ipsius infundebat, & qua ei sua interior conscientia cum peccato quod persequendo committebat, fiebat manifesta. Ita arguebatur à lumine, ut ex hac luce disceret, jam sibi ambulandum in lumine gratiae divinæ, & veritatis corusca luce. Quapropter dicebat: *Deus, qui dixit de tenebris lumen splendescere ipse illuxit in cordibus nostris, ad illuminationem scientia claritatis in facie IESV Christi.* Sic omnia, quae circa Paulum aguntur exterius, significant ea, quae in peccatorum conversione aguntur interius. *Lux* illa representat gratiam excitantem & internam mentis illuminationem: *Prostratio in terram* animi humiliati contritionem & demissionem: *Vox infansans*, concussionem intimam cordis, quasi à tonitru divini iudicii & minarum ejus: *Stimulus contra quem non oportet recalcitrare*, significat remorsum acrem & pungentem conscientiae: *Cacitas* clausuram oculorum & animi ad res aeternas indicat, considerationemque rerum caelestium & aeternarum. Denique, *Squama ab oculis decedentes*, significant omnes excitationes esse deponendas, perfectam confessionem instituendo.

Lux exterioris mentis & internam signat.

Tertia circumstantia consideranda, est vocis à caelo, sive aëre resonantis: *Saul, Saul, quid me persequeris?* quam quidem vocem cadens in terram audivit. Quocumque verè efficacem, verè potentem quae cor ejus concutiens subito in alterum virum commutavit! Unde & hic patet, quam verum, sit illud ejusdem Apostoli: *Vox est sermo Dei, & omni gladio accipit penetrabilior, peringens usque ad revisionem animae, compagum quoque & medullarum.* Vtique verba divina in cor immissa transgunt illud salubri vulnere, suntque sagitta potentis acutae cum carbonibus desolatoris, qui congesti super capita inimicorum Dei, eos ita adurunt, ut vincant in bono malum.

3. Circumstantia.

Heb. 4.

Hujus vocis divinæ, peccatores superbos, rebelles obduratos convertentis, vim & efficaciam rectè descripsit ex Psalmo 28. ubi primò generaliter dicitur: *Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia.* Deinde additur: *Vox Domini confringens Cedros.* Saulus superbia & fastu verticem erigebat in caelum, contra Christum & Deum blasphemus: sed ecce vox Domini, instat tonitru infansans, confregit ejus ferociam & fastum, humiliavitque usque ad terram; moxque agnovit non esse sibi procurandum erecto vertice, erecta cervice, contra Deum.

Vis divini vocis varia ex Psal. 28.

Secundò, de voce Domini ibidem dicitur: *Vox Domini intercedentis flammam ignis.* Saulus flamma furoris ferebatur in Christum & Christianos: sed ubi adfuit vox Domini, intercessit est flamma illa ex ejus corde exsilens, & velut è fornace exarsitans in minas & aedis cogitationes, tanquam in scintillas. Successit verò flamma amoris divini Cantata, ut nec aqua nec flumina valuerint eã obruere.

2.

Cantata.

Nullæ tribulationes, nulla tormenta, nullæ persecutiones eam valuerunt semel accensam caritus confopire, aut i n pedic ejus ardorem toto orbe rutila tem. *Quis nos separabit à charitate Dei, inquit ipse, an angustia? Ecce.*

Rom. 8.

3. Tertio, de voce Domini dicitur: *Vox Domini concussit desertum.* Paulus cor durum gerebat, spinis & verpibus obstitam, dumeris horridum, sterile & infecundum, à gratia divina desertum. Sed mox ubi adfuit vocis divinæ efficacia, quomodo concussum fuit desertum illud, quomodo commutatum, quomodo commotum? Spinæ evulse sunt, & quidquid obstaculo poterat esse; sicque subito innovata cultura, novale cordis antea duri molle factum, semine divinæ gratiæ & rore cœlesti ita est confersum & fecundatum, ut illico protulerit fructum omnigenæ virtutis, fructum scilicet humilitatis & mansuetudinis, fructumque perfectæ pietatis & charitatis.

4. Quarto, de voce Domini dicitur: *Vox Domini preparavit cervos.* Saulus antea leo rugiens, vel lupus spax, non nisi pra'dam quaerebat, circubabatque, quærens quem devoraret: audita autem voce cœlesti, jam aliud quaerit: jam tamquam cervus velocitatem accipit, & fortitudinem ad belligerandum contra venena serpentina, jam ad fontem aquæ vivæ desiderat & festinat, jam usque ad montem Dei progreditur, sine mora ambulans de virtute in virtutem, & mox attingens perfectionis verticem celeritate indicibili, ejus ad currendum pedes preparant divina gratia. O velocem corlorem, qui meritò potuit dicere illud: *Preparavi pedes meos tamquam cervorum super excelsa statens me!* Adjudicamus & hoc quod Græca Lectio habet: *Vox Domini obstericavit cervos.* Dicuntur cervæ ad pariendum magnas difficultates pati, voce autem tonitruum resonante ita commoventur, ut mox pariant sine difficultate. Sic contingit aliquos non parcunt, nec parere spiritum saluus, nisi voce Domini resonante instar conjurati, & eos commovente: ad penitentiam fructum mox concipiendum & pariendum. Quod ipsum in Saulo contigit, quia non solum penitentia, sed omnigena quoque perfectionis forum illico edidit, illa audita voce instar tonitruum cor ejus commovente: *Saule, Saule, quid me persequeris? Ego sum Jesus, quem tu persequeris.* Durum est tibi contra stimulum calcitrare. O vox fortis & potens, quæ cedrum cor frangit & humiliat, quæ flammam savitæ intercedit, quæ spinosum & desertum cor concutit, quæ pugnens spinas expungit, quæ spiritum gratiæ parere facit, quæ ad currendum pedes preparat, quæ ad gratiam & gloriæ disponit, quæ incurvas colles mundi ab itinere us aternitatis, quæ vires suggerit ad bellandum contra serpentina venena, contra infidelitatem, peccatum, infernum.

Simile à cervæ difficulter parientis.

S. Paulus gberit. ruz.

Potest etiam hic considerari Ecclesia tamquam gravida hoc fetu novo, quem parturire optabat Christo: peperit autem, dum vox cœlestis insonuit,

& lux coruscavit, foetumque quem vix utero portarat, edidit. Vnde se vocat S. Paulus abortivum: *Novissimè Christus, quasi abortivus visus est mihi.* Quid est, Tamquam abortivus? An quia violenter excussus est ex utero, sicut fetus abortivi solent, ideo se abortivum vocat? nempe enatus est violenter Paulus, qui & ipsum uterum Ecclesiæ persequitur, quo fuit proventus. An forte se abortivum vocat, quia sicut fetus abortivi semimortuus & cæci sæpe nascuntur, ita & ipse in nativitate sua spiritali semimortuus cecidit, & cæcitate percussus fuit? An denique ideo se abortivum vocat, quia nascendi tempora abbrevians, & terminos salutiens uteri, quam non licebat per tempus plenitudinis Christi obtinuit ætatem? Audi S. Chryzologum serm. 46. *simile quid eleganter edicentem; sic enim habet: Cum sermo in via nasceretur, meritis abortivum nuncupat; Et miratur se fuisse natum, qui novit se nulla concupis tempora pervulisse. Nam cum adhuc hostis ipse caderet, ex infans sancta Maria uterum, Et in ipso ortu pignora veneranda colliderit repente sanctum mutatur in germen, qui ipsius germenis acerrimus fuerat persecutor. Hæc ille. Mentò ergo Paulus primo vocari potuit Benoni, id est, Filius doloris: at postea voce & luce cœlesti mutationeque dextera Excelsi in Paulum mutatus vocari potuit Benjamin, id est, Filius dextera. Nam idem quoque ei contigit, quod Benjamin; quia sicut ipse nascens matri Rachel; mortem inulit, ita & hic renascens matri suæ Synagoga necem infixit, & sicut Benjamin inter duodecim Patriarchas fratres fuit ultimus & minimus, ita & Paulus se vocat ultimum & minimum Apostolorum. Non sum dignus, inquit 1. Cor. 15. ipse, vacari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei.*

1. Cor. 15.

Serm. 16.

S. Paulus Benjamin.

1. Cor. 15.

Propter hanc ergo persecutionem dicit ei Christus voce potentissima: *Saule, Saule, quid me persequeris?* quid persequeris corpus in eum mysticum, quod est Ecclesiæ, membra mea, quæ tibi ipsi fidelis? Quid persequeris uterum matris, quæ te debet gignere? *Sic membris auctore positus in terra, caput clamabas in celo,* inquit S. Augustinus, quia persectio in ipsum metredundaret, qui membra habet sibi ita unita dilectione & amore, ut se tangi & laudiamet, dum illa laedantur vel tanguntur, ita ut propterea etiam alibi dicat: *Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei.* Sic & Christum persequi censentur omnes, qui peccata peccatis adiciunt: quia, ut dicit Apostolus: *Rursus sibi met crucifigunt Filium Dei, & ostentui habent, sanguinemque ejus conculant.* Nec mire quæter lux & vox cœlestis intus adest, quasi insonans: *Quid Deum persequeris? Cur rebellis es divinis præceptis & monitis? Quid sanguinem Christi concules, & illum inutiliter pro te effusum tua cæcitate efficit? Cur vivis in statu, in quo mori non auderes? Quid erit de anima tua tota æternitate? an poteris habitare cum igne devorante, & cum arboribus sempiternis? Cui non adis Ananiam, hoc est idoneum Confessarium, qui ostendat*

Zach. 1.

Heb. 6.

dat tibi quid te oporteat facere? Sed ipsi sunt rebelles lumini, vocisq; divinæ per remorsus conscientia intus clamant, & illuminari cupiunt. Ipsi claudunt fenestras & aures cordis, ut non videant lucem, nec audiant vocem; quia tenebrosum suum peccati fatum adamant, de peccato in peccatum pergunt, de tenebris in tenebras ruunt, de die in diem conversionem differentes.

Non sic Saulus, qui mox ibi sensit lucem, & audivit vocem, cor suum Deo offerens in clamor: Domine quid me vis facere? Quasi dicit cum Samuele: Loquere Domine, quia audis servus tuus. Aut quasi cum Plalte repetat: Paratum cor meum Deus, paratum cor meum. Aut quasi se offerat cum Isaiâ, & dicat: Ecce ego, mitte me. Vnde adverte subtiliter S. Ildesonus, sicut Christus Dominus quinque tantum protulit verba vocans Saulum furentem: Saul, Saul quid me persequeris? Ita hæc quinque verba quasi Echo respondens produxisse hæc quinque verba resonantia: Domine, quid me vis facere? Et quidem in his tota consistit perfectio Christiana, quia illa in conformitate ad divinam voluntatem reperitur. Felix igitur Saulus, qui subito luci & voci divinæ obtemperavit, non sine animi plenissima resignatione & gratitudine. Felices & illi, qui hanc lucem & vocem per se sentientes in Deum respiciunt, eumque non solum audiunt, sed & promptè obediunt, & gratias agunt.

Pro hac luce & voce oculis & auribus cordis immissa gratias agebat S. Augustinus, dum in Soliloquiis suis sic alloquitur Deum: Intonasti in interioribus aures cordis mei voce grandi: foruscasti, splendisti, & exarsi in pacem tuam. Et discessisti nubes tenebrosas, quæ erant ante oculos cordis, & vidi, & videns clamavi: Va tenebris! Va cæcitate! Va præterita ignorantia mea! Va abyssu in qua jacui! Involvebar in tenebris sicut tenebrarum, & de tenebris ibam in tenebris. Gratias tibi ago, illuminator meus, quia jam vides, & aperuisti oculos meos. An non tibi videtur igitur quæ ab oculis eius cecidisse, sicut & Paulo, irradiante vera luce, & squamas cæcitatæ excutiente? O peccatores nocte rebelles esse lumini; Hæc si vocem Domini audieritis, nolite obdurare corda vestra, sed cum Saulo dicite: Domine, quid me vis facere?

Quarta circumstantia digna consideratione, est missio Pauli ad Ananiam, & testimonium Domini apud Ananiam de electione Pauli. Missus autem fuit Paulus ad Ananiam, ut ab eo baptizaretur, & à cæcitate curaretur; sic enim Dei suavis dispositio est, ut homines per homines ad salutem, & ita imponit ei manum Ananias, postquam tribus debuit fuit non videns, nec manducans, ac bibens; sed, ut ait S. Chrysostomus, orans & penitentiam agens, compungebat sese propter ea quæ fecerat conturbatus peccatis, utque Deum veniente autem Anania, & manus imponente, curatus est, eodemque ipsum baptizante, Spiritu S. est repletus. Quomodo curatus sit, tradit facer textus: Confessum ceciderunt

ab oculis eius squamas. Eleganter autem S. Gregorius 33. Moral. cap. 24. per squamas intelligit velamen carnalis sapientiæ, velamenque excusationum, quod solet plerique ante oculos mentis sensum cæcitatæ quandam inducere. Sic enim ait: Carnalis sequenti duritia Saulum prefferat, & ideo radios veri luminis non videbat. Sed postquam superbia visibilia fuit, defensionum squama ceciderunt ab oculis corporis, quæ jam ceciderant ab oculis cordis dicitur profusus. Quid me vis facere? Ista autem defensionum squama, quem vis pendit omne genus humanum contegant, hypocritarum tamen specialiter & rallidorum hominum mentes premunt. Ipsi enim culpas conspici refugunt, quia videre peccatores erubescunt. Hæc S. Gregorius. Ex quo colligimus, quod simulatio, calva excusatio, amor sui, quasi squamæ velant oculos, intuirumque veritatis avertunt, nisi divina succurat gratia & manus, illas cadere faciens, oculosque aperiens & illustrans.

Ceterum, quod ad Ananiam (quem fuisse unum ex 72. discipulis nonnulli æstimant, posteaque Damasci Episcopum) Paulus mittitur, non tam doctrinæ quàm curationis & baptismi gratia fuisse dicimus; quia S. Paulus fateatur se non ab homine doctrinam Evangelij accepisse, sed per revelationem Iesu Christi. Quod factum fuisse hoc triduo ex eo colligimus, quod mox confondebat miram sapientia ludæos qui erant Damasci, ita ut omnes obtuforescerent. O igitur felix cæcitas, quæ mox totius orbis illuminatio effecta est! O qualis Doctor Christus & Spiritus sanctus! Vbi Deus Magister est, ait S. Leo, quam cito discitur quod docetur! Sic & S. Gregor. O qualis artifex est iste Spiritus! Nulla ad discendum mora agitur in omne quod voluerit. Mox enim ut tetigerit mentem, docet; solimque tetigisse, doctus est. Humanum animam subito ut illustrat, immutat; abnegat hoc repenti quod erat, exhibet repenti quod non erat. Hoc ibidem exemplis demonstrat S. Gregorius, Davidis, Amos, Danielis, Petri, Pauli, Matthæi. Sic de illis dissent particulariter:

- Implet Citharadum puerum, & Psalmistam facit.
- Implet Pastorem armentarium, & Prophetam facit.
- Implet abstinentem puerum, & Iudicem sonitum facit.
- Implet Piscatorem, & Prædicatorem facit.
- Implet Persecutorem, & Doctorem gentium facit.

Implet Publicanum, & Evangelistam facit. Cum porro ambigeret Ananias, quia gravissima de Saulo mala inaudierat, testimonium ei perhibet de illo Dominus præclarissimum & certissimum, dum ait: Vade, quoniam vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Israël. Ego ostendam illi quanto oporteat pro nomine meo pati. Quod est, vas electionis? In primis quidem Vas electionis, id est, instrumen-

Promptitudo Sauli ad vocem Dei. Reg. 3. Pjal. 56. Ijai. 6.

Pjal. 94.

4. Circumst. Sauli ad Ananiam.

Curatio S. Pauli.

Gad. 2.

Hom. 30. in Evang.

Act. 9.

62
*Quomodo
 Sanctus
 Paulus
 vas ele-
 ctionis
 factus
 est.*
 R. 1.
 Iudic. 15.
 Iudic. 7.
 Exod. 14.
 Psal. 109.
 R. 2.
 Eccli. 50.
 Eccli. 43.
 Exod. 16.
 R. 4.

nare & organum electum, quasi dicat Dominus A-
 nania: Tu putas hunc reprobum, dum dicit: *Quan-*
ta mala audivi de eo. Sed scias à me electum, &
 fore selectissimum instrumentum ad ostendendum
 potentiam meam & gloriam coram Regibus, &
 toto orbe, & quidem ad hoc elegi eum ex millenis
 hominum millibus: Si ego Sampsonem elegi ut
 Asinæ mandibula, tanquam victoriæ instrumen-
 to, Philistæos fugaret, vinceret, confunderet: Si
 Gedeonem elegi, ut tubarum, sono & vasis confra-
 ctis aciem hostilem superaret: Si Moysen elegi, ut
 virgâ Pharaonem & Egypti exercitum profliga-
 ret: Ecce plusquam Sampson hic, plusquam Ge-
 deon, plusquam Moyses. Ego enim eum elegi, &
 tantis donis tantæque fortitudine adornavi, ut ho-
 stium omnium meorum valeat furorem retundere
 & pessumdare, ut faciat nomen meum, & poten-
 tiam, ac sapientiam omnibus nationibus & Princi-
 pibus innotescere? Ego eum elegi, ut *virgam vir-*
ginitatis mea emittat ex Sion, & mihi acclametur: *Do-*
minare in medio inimicorum tuorum. Volo vocis
 ejus sono & corporis tanquam vasis collisione elu-
 cescere quaquaversum lucem Evangelii: lucem fidei,
 lucem gratiæ meæ.
 Viterius, *Vas electionis*, sive electum à Domino,
 quia de vase contumeliæ in vas translatum gloriæ,
 in vas gratiæ & sapientiæ, ut cibum electum &
 cæli vinum omnibus propinet gentibus. Ideo de
 illo verum est illud: *Quasi vas auri solidum, ornatum*
omni lapide pretioso. Fuit enim vas auri ob sa-
 pientiam, solidum ob charitatem, ornatum omni
 lapide pretioso: quia omnibus gemmis virtutum,
 fuit enim tale vas quale describit: *Vas admirabile*
opus Excelli; quia sicut Sol de quo ibi agit Eccle-
 siasticus, *Vas est lucis,* totum illuminans mundum,
 sic & Paulus toto orbe radiantem lucem circum-
 tulit.
 Deinde, electus fuit Paulus, tanquam *Vas au-*
reum, in quo voluit Dominus manna reponi, ut sit
 in cibum omnibus generationibus.
 Denique, electus fuit tanquam *Vas odoriferum*,
 in quo pretiosissimum unguentum nominis Jesu
 reconderetur, & postmodum effunderetur in om-
 nes nationes, ut illas odore suo attraheret. Erat
 enim antea absconditum & clausum istud fragran-
 tissimum balsamum: Paulus autem illud portavit
 & effudit coram Regibus & gentibus, ac filius Israhel.
 Quapropter tot Martyres, tot Virgines, ad ejus o-
 dorem accurrerunt, etiam per spinas & clavos, per
 crucem & gladium, per mortem & sanguinem. Ex
 quo merito dicitur Paulus electus ut *Vas electionis*,
 ad portandum nomen illud, in quo omnes oportet
 salvos fieri. Portavit utique, tanquam vexillifer,
 Nomen & insigne sui Ducis. Tanquam Legatus,
 Nomen illius à quo mittebatur Regis. Tanquam
 Promulgator legis, Nomen & auctoritatem sui Le-
 gislatoris & Principis. Portavit in corde per amo-
 rem, in ore per sermonem, in opere & corpore per
 passionem: quia offendit ei Dominus quanta o-

porteret pro nomine suo pati. Portavit per triginta
 annos in Asiam, Græciam, Scytas, Perlas, Roma-
 nos, indicibilia passus pro nomine Christi IESU,
 electus non solum ad docendum & agendum, sed
 & maxime ad patiendum. Quid ita? Quia contra
 Christi Iesu nomen multa alios pati fecerat, debuit
 ipse in compensam pro nomine illo mira pati, Dei
 providentiâ sic justè ordinante. Qui Iesum Crucifi-
 xum annuntiabat, & patientiam ejus, patientiæ
 consors esse debuit, ut non solum sermone, sed ut
 opere illum prædicaret efficacius. Concludamus,
 & ad Iesum vota convertamus, ut ipse nos cum
 Saulo convertat.

TU, Domine IESU, qui misericordia tua Sau-
 lum Persecutorem & filium perditionis effe-
 cisti *Vas electionis*, & vinculis amoris ad te attraxisti,
 luce circumdedisti, voce viciisti, de lupo Agnum,
 de Persecutore Apostolum, de blasphemum Docto-
 rem subito fecisti: fac nos percipere vocem tuam,
 lucem, misericordiam tuam; ut de abyssi tenebro-
 sa, in qua cæci & surdi, jacemus, respiciamus ad te,
 qui es lux vera & vita nostra. Aperi oculos cordia
 nostri per merita & intercessionem electi tui Apo-
 stoli, ut pleno corde ad te converti, & hic gratiam,
 & tandem gloriam consequamur æternam.

IN FESTO S. AGATHÆ.

Mulierem fortem quis inveniet?
 Prov. 31.

Inter mulieres fortes merito etiam recenseamus
 S. Agatham, quæ Luciam martyrio præcellit,
 & eam exemplo suo ac voce ad fortiter certandum
 animavit, prædicans civitatem Syracusanorum
 decorandam ejus martyrio ac patrocinio, sicut
 illustrabatur civitas Catanensium suo. Certè civi-
 tas Catanensium ita illustris erat S. Agathæ lan-
 guine & sepulchro, ut passim populi ad illud con-
 currerent, etiam per quinquaginta miliaria dis-
 tantes, ut gratiâ spiritualis ibi efficerentur parti-
 cipes. Quid mirum, si homines eam venerabanur,
 cum & Angeli sepulchrum hujus Virginis vene-
 rati fuissent, ei Epitaphium adscribentes & appen-
 dentes, conceptum hæc verbis: MENTEM SAN-
 CTAM ET SPONTANEAM, DEO HONOREM. ET PA-
 TRIS LIBERATIONEM. Illuc ergo venerat S. Lucia,
 Virgo Syracusana, cum matre Euthycia sanguinis
 fluxu irremediabili jam quatuor annis divexata:
 dumque processioniis mysteria agerentur in festi-
 vitate Agathæ, & Evangelii lectio foret recitata,
 quo legitur fimbria vestimenti mulier à sangui-
 nis fluxu liberata, ad monitione Lucie mater fr-
 dem magnam concepit, per intercessionem S. A-
 gathæ idipsum à Christo sibi contingere posse. Post-
 modum igitur eum puerocaret ad sepulchrum
 S. Agathæ Euthycia cum filia sua Lucia, vidit in
 somno Lucia B. Agatham in medio Angelorum
 gemmis

*Pass. l.
 De forti-
 tudine S.
 Agathæ
 contra
 mundum.
 Epitaph.
 S. Aga-
 thæ.*